Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35424
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



absinth. et de i mane. et si videt ibi esse aequalem compositionem humorum fiat addamus cum predicta medicina
aloe agaricus turbith an. ʒ. s. mastices ʒʒ. sal gemme an. ʒ. s. conficiatur cum succo endivie
Sed si materia est pura calida tunc potest laxari facilius sic. Recipe endivie starcis ordei liquiritie mundate
florum boraginis florum buglosse florum violarum uvarum passarum nimbe sebesten an. ʒ. ij.
conquassentur et bulliat in aqua et colentur et colatur addatur cassie fistule mundate tamarindi an. ʒ. j.
et detur mane usque ad lb. s. ʒ. ij. diebus continuis tunc iuxta conveniencia particularium propter
apostema venit ad augmentum addatur stipticis repercussivis predictis aliqua resolutiva sicut azarum
squinantum eupatorium absinth. et cum venit ad statum dimittimus repercussiva et apponimus fenugrecum
azarum squinantum absinthium et conficiatur cum oleo de mastice et de citoniis et si apostema venit
ad saniem quod cognitum est quia precessit rigor et febris augmentatur est et rupta fuit cognita per
tremorem et nauseam tunc bulliat ysopus et genciana in ydromelle et ydromell exhibeat. Et
si apostema sit in gibbo tunc multiplicemus diuretica sed cum cautela quod in principio addamus in diuretica
fecis sicut est endivie starcis et semina eorum et semen melonum et postea ascendamus ad radicem apii dimidii
ascendamus paulatim ad radicem feniculi et petroselini et deinde addamus azarum spicam nardi radicem rubee
maioris et eupatorii et yreos et decoquitur in ydromelle et applicetur in abintus et abexus
deinde applicetur resolutiva quod dicta sunt vel fiat id Recipe camomille melilotorum azarum squinanti mastices
citoniorum fenugreci seminis lini calami aromatici absinth. storacis calamite rosarum bdellii carpobalsami an. ʒ. s.
conquassentur et bulliat in oleo et panis lineus in oleo intingatur et super regionem epatis apponatur
et de aliis bene commixtis potest fieri emplastrum. Utatur ordeato et aqua ordei et vitet panem quod
erit possibile et utatur lactucis et atriplicibus et malogranatis dulcibus acetosis que musa appellantur
et vitet simpliciter dulcia. Si autem apostema fuit frigidum durum tunc in principio velociter succendum
quia postquam est confirmatum non recipit curationem et cognoscitur quod est in sinistra quia non assellat
nisi cum magna difficultate et magna gravedine et si est in gibbo non potest bene urinare in primis
in tenera venter laxus cum suppositoriis et clisteriis lenitivis et mollificativis et cum cassie fistule
et similibus deinde apponatur super epar deinde utatur tali sirupo Recipe radicis feniculi petroselini lilii gen-
ciane an. ʒ. ij. ysopi azarum camedreos absinth. endivie starcis fissi rute stolopendrie
costi an. ʒ. j. s. succi buglosse succi feniculi an. ʒ. j. lacte spicenardi
squinanti calami aromatici cassie lignee seminis endivie seminis starcis rosarum uvarum passarum liquiritie mundate an. ʒ. s.
spodii mirtillorum sandali mastice an. ʒ. ij. aceti albi ʒ. ij. panis zuccari lb. s.
mellis quartarum iij. fiat sirupus lb. v. et semis. deinde in eodem tempore in quo potabitur sirupus utatur in
emplastro Recipe festucarum pinearum mundate seminis lini fenugreci uvarum passarum mundate caricarum
iuiubarum sebesten seminis malue an. ʒ. j. storacis calamite bdellii mastices thuris auripigmenti
gallinacee an. ʒ. s. et fiat emplastrum aut fiat electuarium vel potest fieri emplastrum de ruta caulibus
calamentis et stercore caprino ac fenugreco et ponatur ita empla conficiatur cum oleo de cyctanis
Materia autem digesta et mollificata potest purgari paulatim per hunc modum Recipe agarici turbith
aloe an. ʒ. j. spice nardi squinanti lacte seminis endivie folii absinth. an. ʒ. j. conficiatur cum oximelle
squillitico et fiat pillule. Et si materia sit in gibbo et addantur medicamina diuretica sicut est radix rubee
maioris azarum et squinantum ydromell et similia et diminuatur medicina secessiva. Dieta sit brodium
parve pulle et edulorum ovorum sorbilia et brodium citerum et vini albi bene limphati et similia
penetrativa et facit digestionem. Si autem esset expressione in primis fiat flebotomia deinde vomitus
cum decoctione raffani et mediam corticis sambuci et oleo crudo et purgetur cum tiffera sarracenica
reubarbarata deinde fiat emplastrum de endivia starcis nitro nasturcio et sinapi. Et si apostema fuit in
mirach curetur sicut si esset in gibbo et intensiora medicamina possumus apponere. Si autem
fuit apostema propter mesaraicas curetur sicut si esset in gibbo in sinistra. Si autem fuit propter ventositatem
fiat ventosa sine scarificatione et sacculetur locus cum milio et camo et furfure et anetum et
inungatur cum oleo de ruta. Si autem epar fuit incisum dentur rose cum bolo armeno et aqua
frigida et fiat emplastrum de balaustia et de sumac. Clarificatio

Iste liber est Monasterii Sancte Marie in Novacella